

**Leptophoenix Mayrii** Burret nov. spec. — Palma gracilis, 2—3 m alta, caudice arundinaceo. Caudex ad spadices 1 cm circ. in diam., decidue fusco-leprosus, annulis 3 cm circ. dissitis. Frondis fragmentum 45 cm longum visum, utrinsecus segmentis liberis 10—11. Rhachis demissime fusco-leprosa. Segmenta modice irregularia, suprema 4—5 utrius lateris gradatim approximata, spatio 6—7 cm interposito inferiora subregulariter disposita, apicalia tantum nervis primariis 2—3 percursa — cetera uninervia —, rhachin secus 2—1,2 cm lata, basi 5—18 mm in diam., angulum acutum includentia, in latere interiore 13 cm longa, apice 2,2—3,2 cm lata, transverse praemorsa et denticulata. Segmentum utrinsecus sequens 14—15 cm longum, e basi angusta, nonnihil plicata sensim usque 1,5 cm ad apicem dilatata, apice denticulato-praemorsa et ut segmenta sequentia lateribus supra mediam partem productis, segmenta inferiora oblique praemorsa, latere superiore caudato-producto, maxima 22 cm longa, 2,2 cm lata, omnia porrecta, fere rectilinearum, angusta, superne sensim, sensim, paulo dilatata, oblanceolato-linearum, sat tenuia, praeter costam mediam utrinque dextra sinistra nervis validioribus, sed tamen tenuibus, paucis tantum percursa, subtus in nervis et nervulis lepidulis minutis inspersa. Spadix parvus, 15 cm longus, ramis 3—2 porrectis. Pedunculus 2,5—2 cm longus, gracilis, decidue fusco-furfuraceus, spatharum annulis 2 et ulterioris tertiae prob. incompletae. Spatha visa 17 cm longa, tenuis, glabra, apice contracta et breviter, latiuscule apiculata. Rami circ. 12,5 cm longi, inferiores bractea ovata suffulti, inter minus robustos. Florum glomeruli 3-flori, flos femineus masculis 2 lateraliter superpositis, 6-stichi, ad 3 in verticillis alternantibus, sat densi, sed floribus ♂ delapsis tamen spatio conspicuo, 1 mm vel paululo ultra longo inter verticillos interposito. Flores ♂ speciosi, ambitu circiter oblongi, 9 mm longi, asymmetrici, oblique acuminati. Calyx parvus, omnino 1,5 mm altus, sepalis inferne carinatis, ambitu fere ovatis. Petala multiplo longiora, forma irregulari, plerumque oblongo-lanceolata, nonnihil, anguste acuminata et acuta. Stamina 6, fere sessilia. Antherae lineares, basi sagittatae, nonnihil apiculatae. Pistillodium parvum, gibbosum. Flores ♀: Calyx breviter cupuliformis. Sepala late rotundata, longitudinem secus dense striata. Corolla oblique acuminata, basi lata, sese tegentia, apice anguste triangulari, quam basis longiore.

Westl. Neuguinea: Arfak, Ditschi, 1200 m, Gebirgswald, häufig, 2—3 m hohe Palme mit himbeerroten männlichen Blüten (blühend 3. Mai 1928 — Dr. E. Mayr n. 24).

Die Art erinnert in den Wedeln, nach der Beschreibung, an *L. affinis* Becc., indem die Endfiedern keinen halbkreisförmigen

Fächer bilden wie bei den übrigen Arten und auch nicht in dicht aggregaten Gruppen vereinigt sind. Auch sind die Fiedern wenig verbreitert, sondern schmal und aufwärts gerichtet. Im Gegensatz zu *L. affinis* sind jedoch die Endfiedern nicht schmaler sondern breiter als die folgenden. Die Fiedern sind bedeutend kleiner, Quernerven selten und wenig ausgeprägt. Die Äste des Kolbens sind kürzer, man kann sie auch nicht gerade als dicht bezeichnen. Die Blütenhäufchen sind nicht, wie bei den bisher bekannten Arten, in zweigliedrigen, sondern in dreigliedrigen Quirlen angeordnet.

**Leptophoenix micrantha** Burret nov. spec. — *Palma gracilis*. Frondis fragmenta apicalia visa segmentis superioribus approximatis, sed liberis, porrectis, non flabellum efformantibus, in altero fragmento 35 cm longo segmenta in quoque latere 4—5 superne gradatim densiora, in altero 44 cm longo segmenta 2 inferiora utriusque lateris a supremis 2—3 spatio 13—14 cm longo subito disjuncta. Rhachis fusco-leprosa. Segmenta tenuia, porrecta, sensim, paulo dilatata, fere rectilinearum, apicalia quam sequentia pluriplo latiora, nervis primariis circ. 5 percurta, rhachin secus 4—4,5 cm lata, angulum acutum includentia, basi 2 cm circ. in diam., in latere interiore 18 cm longa, sensim usque 18 cm ad apicem dilatata, apice transverse denticulato-praemorsa, sequentia angusta, 21—22 cm longa, e basi perangusta usque ad 1,3—1,5 cm dilatata. Segmenta reliqua visa in altero fragmento omnia uninervia, in altero trinervium in quoque latere interpositum. Spadix parvus, gracilis, 12,5 cm longus, ramis 3. Manubrium 1,5 cm longum, fusco-furfuraceum, annulis 2 et cicatrice semiannulari. Rami tenues, 8,5—11 cm longi, porrecti, rectilineares. Florum glomeruli floribus 3, ♂ 2 femineo intermedio lateraliter superpositi, ad 3 in verticillis alternantibus dispositi, 6-stichi, densi, sed floribus ♂ delapsis spatio in dimidio ramo 0,5 mm circ. mentiente inter verticillos interposito. Flores ♂ parvi, sub anthesi, omnes delapsi, 3—4 mm longi, asymmetrici, ovati, contracto-acuti. Calyx parvus, 1 mm altus, sepalis inferne carinatis, lanceolato-acuminatis, 1—1,5 mm longis. Petala lanceolata, rarius latiora, acuminata, acuta. Stamina 6. Filamenta fere nulla. Antherae basi sagittatae, breviter, late oblongae vel potius ovato-oblongae, crassae, 2 mm longae, connectivo apice latiuscule, breviter producto. Flores ♀ parvi, 2 mm circ. alti, ambitu ovato-acuti, obliqui. Sepala leviter carinata, late rotundata, ad 1,5 mm alta. Petala parva, pars dilatata potius brevior quam pars superior valvata, triangularis.

Westliches Neuguinea: Wandammen, Wondiwoi-Berg, 1400 m (blühend 8. Juli 1928 — Dr. E. Mayr n. 253).